pecuniae, seu provactio, se ipse Stanislaus Mielecki, eius
Alberto Wardecki et eius successoribus ad quodcunque iudicium seu
officium regni Poloniae citare permiserit et eius successores
permiserint, extunc a terris pallatinatibus dictis iuribusque
suis quibusvis propriis recedere, coram eodem iudicio seu officio
regni Poloniae quocunque, cui seu quod sequitur citabitur, Actus
praesentis respectu cum successoribus bonisque suis supradictis om-
nibus subiicit in primo citationis termino tanquam peremptorio stare
parere respondere, ac pro praefata summa mille trecentorum
sedecim florenorum pecuniae, seu vadio a illo iudicio seu officio non
recedere, sub alia simili summa seu vadio, ex ipsa satisfacere
tenebitur vel eius posteri tenebuntur. Nullum terminum omnium
praemissorum [illegible] infirmitatibus [illegible]
maiori, litis et decretis regalibus, statutis et constitutionibus
quibusvis, bellis cologuis conventionibus generalibus vel parti-
cularibus, expeditione bellica, servitio militari et reipublicae
seu sacrae regiae mtis, etiam extra regnum absentia a regno
ac aliis omnibus legalibus impedimentis non differendi nec
prolongandi atque se excipiendi, interregno minorennitatisque suc-
cessorum se non deffendendi, nec ad annos discretionis, nec
ad quietationem mortificationemque inscriptionis praesentis, nec
ad munimenta graevis dilationis sibi recipiendi, appellationes
cum motionibus earumque prosequutionis a iudicio seu officio
nullas facientes, poena trium marcarum et triplici poena non eva-
dendi, immo secum successoribus omnibus iuris remediis evasio-
nibus, praescriptionibus, controversiis, suspensionibus, abrenun-
tiationibus, mala cittione et intempestiva eiusque ponere non statutis
ministerialis, mala in lucro condemnatione, malo processu iuris
ac eandem condemnationem lucri processumque iudiciarium igno-
rantia et iuramento corporali non evadendi, et nil sibi pe-
nitus in auxilium contra inscriptionem praesentem eiusque deffectum
recipiendi, suae suorumque successorum sub ammissione totius causae
nulla praescriptione terrestri in praemissis obstante.

Porudenski ttr Mickisch

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus ca-
strensibus capitanealibus praemisliensibus, Generosus Joannes Poru-
denski olim Generosi Gabrielis Porudenski filius, a terris di-
strictibus iuribusque suis quibusvis propriis ac foro competenti
recedendi, praesenti vero castrensi praemisliensi iurisdictioni se
successores ac bona sua omnia quoad actum effectumque totius in-
scriptionis praesentis attinet incorporandi et subiicienti, mente
et corpore sanus existens publice per expressumque recognovit
Anna Generoso Stanislao Mielecki et eius legittimis succes-
soribus summam sexingentorum quinquaginta octo florenorum
pecuniae monetae et numeri Polonicalis certi veri et liquidi debiti
sive mutuatae pecuniae tenetur, praesentique se et suos
successores super omnibus bonis suis haereditariis et obliga-
toriis mobilibus et immobilibus nunc et in post in quibuscunque
terris et districtibus regni Poloniae consistentibus habitis obligat

et inscribit pro die et festo conversionis sancti Pauli apostoli pro-
xime et immediate venturo solvere, realiterque circa acta praesen-
tia castrensia praemisliensia reponere et relinquere, nec iterum ab officio
effidiri debere, aut quovis modo arestare, sub vadio similis summae
sexingentorum quinquaginta octo florenorum pecuniae monetae polonica-
lis, in deffectu solutionis summae eiusdem principalis pro die
et tempore suprascripto solutioni assignatis, ad solvendum succes-
sorem et in una summam capitalem et essentialem debitum mille tre-
centorum et sedecim florenorum pecuniae monetae polonicalis, mox eadem
die nullo decreto interveniente, solummodo ex vi praesentis inscriptionis
conventum. Extenderunque summa praefata simul iuncta mille
trecentorum sedecim florenorum pecuniae monetae polonicalis, in et
super omnibus haereditariis et obligatoriis mobilibus et immobili-
bus bonis ipsius Joannis Porudenski et eius successorum per ipsum
et eius successores in quibuscunque terris et dictis regni Poloniae
nunc et in post habitis. Nihilominus praefatus Joannes Porudenski
se et suos successores super omnibus bonis suis obligat et inscribit pro-
fatam inscriptionem ex his actis ad acta terrena praemisliensia ante
decursum unius anni transferre transportare similemque vel si o-
pus fuerit meliorem recognitionem facere sub vadio summae
simul iunctae mille trecentorum sedecim florenorum pecuniae monetae
polonicalis, pro qua quidem summa simul iuncta mille tre-
centorum et sedecim florenorum pecuniae, seu provactio si se ipse
Joannes Porudenski, eidem Stanislao Mielecki vel eius poste-
ris ad quodcunque iudicium seu officium regni Poloniae citare
permiserit et eius successores permiserint, extunc a terris pal-
latinatibus districtibus iuribusque suis quibusvis propriis
ac foro competenti recedendi, coram eodem iudicio seu officio
quocunque regni Poloniae, cui se ad quod sequitur citabitur, Actus
praesentis respectu cum successoribus bonisque suis supradictis om-
nibus subiicit, in primo citationis termino tanquam peremptorio
stare parere respondere, ac pro praefata summa mille
trecentorum sedecim florenorum pecuniae seu vadio a illo iudicio
seu officio non recedere, sub alia simili summa seu vadio
ex ipsa satisfacere tenebitur vel eius posteri tenebuntur.
Nullum terminum omnium praemissorum, vera vel simplici in-
firmitatibus, actione pro maiori, litis et decretis regalibus,
statutis et constitutionibus quibusvis, bellis cologuis conven-
tionibus generalibus vel particularibus, expeditione bellica,
servitio militari et reipublicae seu sacrae regiae mtis, etiam
extra regnum, absentia a regno ac aliis omnibus legalibus
impedimentis non differendi nec prolongandi atque se excipiendi,
interregno, minorennitatisque successorum se non deffendendi, nec
ad annos discretionis, nec ad quietationem mortificationemque inscri-
ptionis praesentis, nec ad munimenta graevis dilationis recipiendi
appellationes cum motionibus earumque prosequutionis a iudicio
seu officio nullas facientes, poena trium marcarum et triplici poena